est) certe reclamat Augustinus, hæc Stud: Ornatissimi de relig
ionis hactenus studiumq pietatis alicuius habentibus dicta ex
istimate, de reliquis quid dicam? an vero satius est digitum
ori imponere, tacitusq præterire? iubet tu quidem pudor
ista facere, prohibet ne coram religioso hoc consessu quæ
mente complector, eloquar, verum quid anceps diu consili
um torqueo, meq ipsum dolore excrucio? ego ne ut Sanctissi
mum Dei templum in nefandæ Cypridis domicilium con
vertatur non impediam? ego ne ut domus hæc domus orat
ionis et remissionis, in speluncam latronum, in vitiorum
cloacam, in scholam diaboli, discipulorumq eius commutetur
non repugnem? ego ne ut filii S. Galli à Sanctissimo suo
parente salutis animarum amantissimo degenerent, non mod
is omnibus prohibeam? non omnem lapidem moveam? huc
Galle Pater B: ex alta Cœli specula defige oculos, viden
quid animo filii tui agitent? mutica instrumenta pertenet
exitium animorum, quarum tu salutem tanto semper pie
tatis zelo amabas et exoptabas, tamq ardenti charitatis
ardore exæstuans sitiebas, ut non itineris difficultas atq
vexatio, non dæmonum terrores et minæ, non præsentissimæ
vitæ discrimina, non fames, deniq, non sitis, non morbi, non
ipsa morte gravior calamitas, retardare, abstrahere, deter
rereq poterant, tuam exhausti corporis sitim, ardentior qua
ardebas animarum sitis, extinguebat, tuam famem maior
Dei cultus propagandi esuries superabat, tua pericula, gravi
ora tunc infidelium pericula intuens, contemnebas, tuas ca
lamitates, sed ah quæ gravior homini calamitas esse censerique

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20286v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20286v)